



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Cibus Electvs Sive Instrvctiones Sanctae De vita sanctè  
traducenda& inter pios sanctósque affectus concludenda**

**Elffen, Nicolas**

**Coloniae, 1667**

Hic subjungi possunt Litaniae de B. Virgine, ita, ut subinde inseratur velut  
suspirium: Maria Mater gratiae &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55232)



re & mori cupio. Tu, mi Jesu, pendens è cruce clamaſti. Sitio. ſitisti animam meã & anima mea viciffim ſitit ad te. quãdo ſatiabis me de fonte aquæ viventis, & de torrente voluptatis tuæ? Tu mi Jesu, teſtatus es, omnia conſummata eſſe, quæ mandavit tibi Pater tuus; hoc, pro dõlor teſtari ego non poſſum, ſed commendo me meritis tuis & per ea ſpero miſericordem Patrem. Tu, mi Jesu, queſtus es in cruce, quòd propter delicta mea de reliquerit te Pater tuus: per hanc extremam derelictionem tuam obſecro te, ne derelinquas me, ſed tu ſis cõſolatio mea, fortitudo mea, amor meus, gaudium meum in ſæcula ſæculorum. Tu mi Jesu, commendaſti ſpiritum tuum in manus Patris tui, & ego commendo corpus & animam meam in Maternum ſinum Mariæ: in ſacraſſima vulnera Redemptoris mei: in manus cœleſtis Patris mei.

Maria Mater gratiæ &c.  
 Jesu mi amantiſſime,  
 In te credo firmiſſimè,  
 In te ſpero certiſſimè,  
 Te amo fideliffimè,

*Hic ſubjungì poſſunt Litania de B. Virgine, ita, ut ſubindè inferatur velut ſuſpirium: Maria Mater gratiæ &c.*

Jesu crucifixe, miſerere mei: O Jesu, oro te, per precioſum tuum pro nobis effuſum cruorem, miſerere mei: Sanguis tuus ſit queſo



So balneum salutare peccatricis animæ meæ.  
 O Jesu, oro te per crudelissimam & dolori-  
 sissimam coronationem tuam, miserere  
 mei, & tribue mihi coronam justitiæ.  
 O Jesu, oro te, per amarissimum &  
 acerbissimum fel & acetum, quibus in ex-  
 tremis refocillatus es, miserere mei, & sis  
 solatium & refocillatio mea in æternum. O  
 Jesu, oro te, per foedissima sputa, quibus be-  
 nedicta facies tua conspurcata est: per sacra-  
 tissima quinque vulnera: per omnes plagas  
 & livores universi corporis tui: per infer-  
 mem illam speciem tuam homini proffus  
 absimilem, ob quam nec reputatus es, &  
 quam mei causa sponte suscepisti, oro te, ne  
 sit frustranea in me dirissima passio tua. O  
 Jesu, oro te, per acerbissimam & ignominio-  
 sissimam mortem tuam, quam ex amore mei  
 suscepisti. miserere mei, & concede, ut hæc  
 mors tua sit vita mea sempiterna. O Jesu, in  
 sanctissima vulnera tua commendo corpus  
 & animam meam.

Jesu tota fiducia mea,  
 Jesu tota ratio spei meæ:  
 Jesu unicus amor meus.  
 Jesus Deus meus & omnia,

Non fac mecum secundum justitiam  
 tuam, sed secundum magnam misericor-  
 diam tuam.

*Addit*